

atq; nullius possessione prius occupatum ingressus : omni squalore absterfo :
 hoc quantumcunq; est ita excultum : atq; ad frugem paratum reddidifsem : ut
 quicunq; post me res Venetas scripserint : Iccirco quia hæc nostra prius le/
 gerint : rem tantam semel adorti commodius ad exitum perduxisse credan/
 tur . Sed alii uidebunt quid hoc nomine nobis præstandum putent : nos ue
 ro ne impudenter nimis : ulla futuri quæstus expectatione meritum præuer
 tamus : solo officio contenti . Iam hinc ab ipsa priscorum Venetorum origi
 ne nostram auspicabimur historiam .